



M
S. 920^{3a} 4^o 2

9
2

G. q. 106. a.

AMPLISSIMAS BEATORUM SEDES,

ET

PIUM OBITUM,

QUO

VIR

PRÆNOBILISSIMUS, DOCTISSIMUS,

GEORGIUS ADAMUS
BRUNNER,

QUONDAM IVRIS IN PÆDAGOGIO BERGENSI
INTERPRES atque PRÆCEPTOR
OPTIME MERITUS,

HÆRES PRÆDIORUM DOBIS ET MICHELN.

DIE XX. JANUAR. MDCCLII. ANNO ETATIS XXV.
IN BEATORUM SEDES
RECIPIEBATUR,

MODESTA ANIMI PIETATE
CANUNT

PÆDAGOGII BERGENSIS COLLEGÆ.



MAGDEBURGI,
LITTERIS GODOFREDI VETTERI

AK



Joh. 14, 2. Matth. 8, 11. Apoc. 7, 9.
Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρὸς μου μοναὶ πολλαὶ εἰσιν.



Ista viris puerisque quatit declivia vitæ
Et mortis tritas pallida turba vias,
Ampla Dei pedibus fociis in tramite currit,
Et per iter cæli gens generosa ruit.

Parva cohors, si cum fufis conferre placebit,
Quos populus Ditis faux fitibunda rapit.
Quos vis iusta Dei stygias detrudit in umbras,
Quos uncis manibus tartara tetra trahunt,
At veneranda cohors in grandes confluit orbes,
Innumera gentis gloria dives erit.
Gens delecta premit portas & regna salutis,
Hæret & a Christi longa caterva manu.
Quos Deus ex mixtis populis trepidoque tumultu
Voce pia cives evocat ipse suos.
Quos eurus Christo natos per fulgura fundit,
Et Zephyris madidis mollior aura vehit.
Et pluvius alis Christo gens advolat austru,
Et turbas boreæ frigora cruda ferunt,
Quos Christo populos aſſervat frigidus axis,
Quos videt uſſa minor, quos polus alter habet,
Quos rigida gignunt niveis ex montibus Alpes,
Quos Atlas portat, Caucasus aſper alit.
Torrida per flammæ conſcribit linea cives ;
Fert aurora ſuos, dat nova terra ſuos,
Advehit exceptos Christo Laurentius amnis,
Cives Wolga ſuos, Iſter & Albiſ habent.
Conveniunt alacres ad Chriſti ſigna cohortes
Ex vaſtis lecta gentibus arte Dei.

Optima gens, terra qua fordes inter iniquas
Blanda corona fuit, qua decus orbis erat,
Ceu boreas eurusque suos eurusque vapores
Colligit, & dives nubibus axis erit,
Qualis rex cumulat turmas ad bella coactas,
Et populis crescunt horrida castra novis;
Sic Christus geminat socios, sic milite claro
Extendunt alas incluta castra Dei,
Morte pia tacitaque Deus subridet amicis,
Et repetit juvenes associare viris,
Illustres Christus fedes exfruxit in astris,
Regia nec doleat civibus orba suis,
Hinc lectos cives urbs regis prima requirit,
Nam fordes terra regia ferre negat.
In fedes regni grandes deducit opimos,
Quos dignos reddit mens opulenta Deo.
Queis divinus amor sanctos prolongat honores.
Gens animis puris nobilitata suis.
Gens tangit regni fines, vifusque stupore
Per pectus volvit gaudia mista pio.
Nunc spectat portas urbis, venerandaque fedes
Alatos cursus accelerare jubet.
Civibus expandit pietas urbs aurea portas,
Gens fuit in grandes magnificasque domos,
Hospitibus feilis Rex plena palatia pandit,
Et sine fine viris aurea secla parat.
Sparguntur palmae virides, generosaque laurus
Illustrat gentis tempora fronde sacra,
Majestas sedit laeta circumdata gente,
In cives hilares mollia scepra gerit.
Rex blandis oculis adspirat amantibus auras,
Et vivit dulci pectore regis amor.
Delicias caeli solumque tot agmina cingunt;
Audio solennes plaudere mille manus,
Tot laudes Christi, tot regia vota resolvunt,
Tot per regna Dei carmina sancta sonant:
Quot caeli spatii volvuntur sidera vastis,
Axis habet stellas, axis & astra regit,
Rex jubet aeternos cives celebrare triumphos,
Et via fessa viris otia longa dabit.

Sic molli nutu Deus invitabat AMICUM,
Et sibi PRÆCLARUM deligit ipse VIRUM.
Deliciae juvenum, placida pietatis imago,
Et sancti sedes pectus amoris erat.
Munera sponte VIRO Christus graviora reservat.
Dura canit moestis carmina Berga scholis.

Humanas leges & gentis jura docebat:
 Nunc Christi fociis publica jura canit.
 Jura Dei, quibus aeterni celebrentur honores,
 Quos Christo quondam vulnera larga ferunt,
 Jura, quibus puri Christo referantur amores,
 Jure Deus solus pectora plena capit.
 VIR sua jura Deo retulit, CELEBERRIMUS arte
 Floruit ingenua, sed pietate magis.
 Jam procul excepto Christi praesentia lūcet.
 Obvia lata VIRO fert diadema cohors.
 Comminus ipse Deus cupidus amplectitur ulnis,
 Et castis labiis oscula longa plicat,
 Post tot languores, post longa pericula vitae
 Nunc sessis membris otia justa dedit.
 Hic neque membra VIRI marcescunt languida morbis,
 Nec torto nexu viscera rupta dolent.
 Mens relevata volat per sidera mollior alis,
 Pressa nec attrito corpore repit humi.
 Tempora larga Dei venient, quibus ampla voluntas
 Dispersos cineres ossaque trita petet.
 Dives abyssus erit vivis, gravidisque sepulchris
 Nascentur membris ossa monstra novis.
 Tunc pia membra VIRI letos vivosque vigores
 Concipient, artus robora diva gerent.
 Ultima vota TIBI canimus: lacrymaeque modesta
 Ossa lavant. Habeas ultima vota. Vale.



78 M 350

ULB Halle 3
001 592 122



56.

Petro V





AMPLISSIMAS BEATORUM SEDES,

ET

NUM OBITUM,

QUO

VIR

AMPLISSIMUS, DOCTISSIMUS,

GIUS ADAMUS
UNNER,

IS IN PÆDAGOGIO BERGENSI

PRES atque PRÆCEPTOR

OPTIME MERITUS,

IORUM DOBIS ET MICHELN.

R. MDCCLII. ANNO ÆTATIS XXV.

BEATORUM SEDES

RECIPIEBATUR,

STA ANIMI PIETATE

CANUNT

BERGENSIS COLLEGÆ.

MAGDEBURGI,
IS GODOFREDI VETTERL

AK

